Quelle: https://manuscripta.at/?ID=928
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



110 117

mulieribus quem quaeritis surrexit sicut dixit alla secreta.
Suscipe dne ppitiatio Te quidem dne Iuxta actionem Co-
municantes et di Haec igitur communio Surrexit
dns et apparuit petro alla complenda Spiritu nob dne
Require supra feria tertia: Introitus
Aqua sapientie potauit eos alla firmabitur in illis et non
flectetur alla et exaltabit eos in eternum alla alla ps Confitemini
dno qm bonus qm in seculum misericordia eius Collecta.
Deus qui ecclam tuam nouo semp fetu multipli-
cas: concede famulis tuis ut sacramentum uiuen-
do teneant quod fide percepunt Pro actuum apl'or
In diebus illis Surgens paulus: et manu si-
lentium indicens ait Viri fres: filii generis abra-
ham et dei: qui in nobis timent deum: nobis uer-
bum salutis hui' missum est Qui enim hit aut israel
et principes eius: ignorantes iesum et uoces p-
phetarum que omne sabbatum leguntur iudicando
impleuerunt Et nullam causam mortis inuenientes
in eo: petierunt a pilato ut interficerent
eum Cumque consumasset omnia que de eo scripta erant
deponentes eum de ligno: posuerunt in monumen-
to: deus uero suscitauit eum a mortuis Qui uisus
est per dies multos his qui simul ascenderant cum
eo de galilea in israel: qui usque hut sunt testes eius
ad plebem Et nos uobis annuntiamus eam que
ad patres nros repromissio facta est: quam deus
hanc adimpleuit filiis nris resuscitans iesum
xpm dnm nrm Gradualis Haec dies quam Dicant nunc
qui redempti sunt a dno quos redemit de manu inimici et de
regionibus congregauit eos Alla Surgens iesus dns nr
stans in medio discipulorum dixit pax uobis Sequentia: